

quaque ita convēta & conclusa fuerint signandi, mu-
 tuoque tradendi, recipiendique, reliquaque omnia factu
 necessaria præstandi, perficiendique, tam amplo modo
 & formâ, ac Nos ipsæ interessemus, facere ac præstare
 possemus. Spondentes, ac in verbo Regio promittentes
 Nos ea omnia quæ dicti nostri Commissarii P rocuratores
 ac P lenipotentiarii, vi præsentium, vel conjunctim, vel
 divisim, concluderint, signaverintque, rata, grata, at-
 que accepta habituras, & sanctè atque inviolabiliter ob-
 servaturas, observarique curaturas. In quorum omnium
 majorem fidem & robur magnum nostrum Magnæ Bri-
 tanniæ Sigillum præsentibus manu nostrâ Regiâ signatis,
 apponi jussimus. D A B A N T U R in P alatio nostro Divi
 Jacobi trigesimo primo die mensis Decembris, anno Do-
 mini millesimo septingentesimo duodecimo, Regni que
 nostri undecimo.